

Pastor æterno radians triumpho,  
 Servulos audi tibi supplicantes,  
 Præmium justis, (1) veniamque posce  
 Crimine lapsis.  
 Quo Dei magna miseratione  
 Ordinem cœli decimum replentes  
 Ipsius vultum videamus omni  
 Tempore sæcli.  
 Gloriam Patri resonemus omnes,  
 Et tibi Christo genito superne,  
 Cum quibus Sanctus simul et creator  
 Spiritus exstat. Amen.

[CXCIV] *Hymnus.*

(*Ex codice Vatic. num. 1235.*)

In natale S. Zenonis.

Sancti Zenonis Præsulis  
 Hymnum Christo deferimus,  
 Qui contempsit sæculum,  
 Mercavit Christi præmium.  
 Qui in adolescentia  
 Dei præcepta tenuit,  
 Stipem larga jugiter  
 Erogavit pauperibus.  
 Piscandi arte usus est,  
 Dogma sequeus orthodoxum,  
 Mersit manum in gurgite,  
 Piscavit Dei gratia.  
 Instar Petri Apostoli  
 Digna sortitus merita,  
 Pastorque Veronensium  
 Summus Sacerdos rutilans.  
 Crebris quoque jeuniis  
 Carnis repulit vitia,  
 Sæpe doceudo populum  
 Destruxit Mundi idola.  
 Magnus existens medicus,  
 Infrma sanans corpora,  
 Sæpe liberans animas  
 Obsessas a diabolo.  
 Tanta repletus gratia  
 Obiit in Christi requiem,  
 Et nobis semper maxima  
 Ostendit mirabilia.  
 Rogemus ergo populi  
 Confessorem Altissimi,  
 Ut ipse nobis impetret  
 Pacem et indulgentiam.

[CXCIV] III. — *COMMEMORATIO S. ZENONIS*

AD PRECES SEU SUFFRAGIA IN VESPERIS ET LAUDIBUS.

(*Ex mss. Capituli Veronensis sæculi XIII.*)

*De Sancto Zenone ad Vesperas Ant.*

Ab utero matris fuit sanctificatus beatus Zeno, et a cunabulis benedictus.

†. Amavit eum Dominus.

*Ad Matutinum seu ad Matutinas Laudes antiphona.*

Acceptam beatus Zeno coronam a Rege pauperibus distribuit dicens: Si Dominus operatur excelsa, ipsi perpetuæ laudes referantur et gloria. †. Tu es Sacerdos.

(1) Antea legebatur *veniam poscentes*: emendavimus ex insis Bagata et Peretto, qui in libro inscripto: *SS. Episcoporum Veronensium antiqua monumenta*, pag. 15, eundem hymnum ex mss. correctius ediderant. Ms. Zenonianus: *veniam deposce*.

A

*Oratio.*

Deus, qui es tuorum antistitum potentissimus illustrator, concede propitius, ut intercessione beatissimi Sacerdotis et Confessoris tui Zenonis magnificis exemplis informati, sæculi istius caliginem sine periculo transeamus.

IV. — (1) *BENEDICTIO*

IN FESTO S. ZENONIS EPISCOPI ET CONFESSORIS.

(*Ex codice XV sæculi Sodalitii S. Mariæ de Domo inscripto.*)

*Benedictiones Pontificales.*

Omnipotens Deus et Dominus det vobis copiam benedictionis, qui beatum Zenonem sibi adscivit virtute confessionis. Amen.

Et qui illum fecit coruscare miraculis, vos exornet B bonorum operum incrementis. Amen.

Quo ejus exemplis eruditi, et intercessione muniti, cujus depositionis diem celebratis, illi possitis in cœlesti regione adjungi. Amen.

Quod ipse præstare dignetur, cujus. Amen.

[CXCVI] V. — *CONSTITUTIO THEOBALDI EPISCOPI VERONENSIS, EXCERPTA ET CONSTITUTIONIBUS AB EODEM EDITIS ANNO 1305, POSTEA AB EPISCOPO PETRO SCALIGERO REPETITIS.*

(*Ex mss. Capituli Veronensis.*)

*Cap. LXI, de Festivitatibus Sancti Zenonis, Sanctorum Firmi et Rustici celebratione.*

Cupientes devotione congrua, et debitis honoribus gloriosum Confessorem beatum Zenonem, Patrem et Patronum hujus civitatis et diocesis Veronensis, et C beatos Georgium, Firmum et Rusticum martyres a grege nobis credito venerari, ut eorum apud Deum meritis adjuvemur, festum ipsorum per civitatem et diocesem Veronensem a populo et clero annue præcipimus solemniter celebrari, ac per ecclesias ejusdem civitatis et diocesis universas singulis diebus ferialibus in Matutinis et Vesperis eorum commemorationem fieri cum eorum antiphona et collecta legendis in ecclesiis prælibatis. Itaque pro tribus martyribus dicatur una Antiphona communis et oratio: Deus qui nos concedis sanctorum tuorum Georgii, Firmi et Rustici martyrum tuorum memoriam agere, etc.

Eandem commemorationem subinde præcepit Joannes Matthæus Gibertus episcopus Veronensis Constitutionum tit. 2, lib. II, cap. 2 et 3, non tam in Laudibus et Vesperis, sed etiam in Missis in collecta *A cunctis*: quod vel hodie servatur.

(1) Hæc eadem benedictio in Sacramentario S. Gregorii edito per Menardum legitur in *Natali unius Confessoris*, tom. III Operum ejusdem Sancti, pag. 161, et post præfationem ante orationem ad communionem describitur.

## TESTIMONIA SELECTA DE SANCTO ZENONE

### VERONENSI EPISCOPO.

S. Ambrosius epistola I, ad Syagrium episcopum Veronensem, num. 1.

Tu autem sine alicujus fratris consilio hoc judi-

cium tibi solum vindicandum putaris: in quo tamen ante iudicium præiudicium feceris, ut puellam Zenonis sanctæ memoriæ iudicio probatam, ejusque sanc-

tifi atum benedictione post tot annos sine auctore criminationis, sine accusatore, sine professore delationis in periculum reatus deducendam arbitrare.

*S. Gregorius Magnus lib. III Dialogorum cap. 19.*

Nuper Joannes Tribunus revelatione sua me docuit, quod Pronulphus Comes cum illi adesset, se cum rege Authari eodem tempore in loco eodem, ubi mira res contigit, affuisse, eamque rem cognovisse testatus est. Prædictus enim Tribunus narravit dicens : Quia ante hoc ferme quinquennium, quando apud hanc Romanam urbem alveum suum Tiberis egressus est, tantum crescens, ut ejus unda super muros urbis influeret, atque inde jam maximas regiones occuparet : apud Veronensem urbem fluvius Athesis excrescens, ad beati Zenonis martyris atque pontificis ecclesiam venit ; cujus ecclesie dum essent januæ apertæ, aqua in eam minime intravit, quæ paulisper crescens usque ad fenestras ecclesie, quæ erant tectis proximæ, pervenit, sicque stans aqua ecclesie januam clausit, ac si illud elementum liquidum in soliditatem parietis fuisset mutatum : cumque essent multi inventi interius, sed aquarum multitudine omni ecclesia circumdata, qua possent egredi, non haberent, ibique se siti, ac fame deficere formidarent, ad ecclesie januam veniebant, ab bibendum hauriebant aquam, quæ, ut prædixi, usque ad fenestras excreverat, et tamen intra ecclesiam nullo modo disfluebat. Hauriri itaque, ut aqua poterat, sed disfluere, ut aqua non poterat. Stans autem ante januam ad ostendendum cunctis meritum Martyris, et aqua erat ad adjutorium, et quasi aqua non erat, ad invadendum locum.

[cxcviii] *Anonymus Pipimianus in Rhythmo de Veronæ laudibus.*

Octavus Pastor et Confessor Zeno Martyr inclutus,  
Qui Veronam prædicando reduxit ad baptismum,  
A malo spiritu sanavit (1) Gallieni filiam,  
Boves cum homine mergentes reduxit a pelago.  
Et quidem multos liberavit ab hoste pestifero,  
Mortuum resuscitavit ereptum et fluvio,  
Multa idola destruxit per crebra jejunia.  
Non quo multa narrare hujus Sancti opera.  
Quæ a Syria veniendo usque in Italiam  
Per ipsum omnipotens Deus ostendit mirabilia.

(1) Cum dissertationis tertie cap. 1, in quo hoc Anonymi Pipiniani testimonium exhibuimus, editum a nobis fuisset, e Lobio transmissum accepimus accurate descriptum Rhythmum integrum e mss. qui ipsa Ratherii episcopi Veronensis manu exaratus fuit. In hoc autem non *Galli*, ut Mabillonius eliderat, nec *Gullieni Cæsaris*, ut nos e duobus posterioris ævi mss. loco laudato scripsimus, sed *Gallieni filiam* palam legitur, quam lectionem uti votustioris codicis et scriptoris noti præferendam hic duximus, et ex illa difficultas simul adimitur, quam unam in anonymo Pipimiano inesse putabamus, quasi Gallieni imperatoris fabulam ebibisset. Hinc etiam confirmari posse videtur, quod dissert. 1, cap. 3, § 4, suspicati sumus, eum, cujus filiam S. Zeno sanavit a dæmone fuisse vere Gallienum aliquem, qui per nonnullos in imperatorem migravit. Alia pauca ad fidem ejusdem codicis emendavimus.

(2) Per errorem allegatur tract. super Psalmum LXXX pro tractatu super Psalmum c, qui inter Zeno-

*Ratherius episcopus Veronensis de Contemptu canonum part. 1, pag. 352 tom. 1 Spicilegii Acheriani novissimæ editionis.*

Utar ut hæc auctoritate Zenonis beati, in sermone videlicet, quem de Juda patriarcha et Thamar nuru ipsius more suo luculentissime fecit dicentis : *Omnium corrupte viventium Diabolus pater est.*

*Idem Ratherius in Synodica ad Presbyteros pag. 377, col. 2.*

Et cum specialis noster doctor atque provisor, beatus utique Zeno dicat, in sermone utique, quem de Juda filio Jacob, et Thamar nuru ipsius elegantissime composuit, etc.

*Joannes Presbyter, mansionarius Ecclesie Veronensis, qui an. 1320 scribebat, Historiarum Imperialium lib. 1 ms.*

Floruerunt in Ecclesia Dei illustres doctores, inter quos B. Zeno episcopus Veronensis, doctor egregius, octavus ejusdem civitatis episcopus.... [cxcix] Scripsit autem hic doctor egregius Zeno de Pudicitia, Patientia, Fide, Spe, et Charitate tractatus tres : de Justitia tractatum unum : de Timore unum : de Spiritu et corpore unum : de eo quod scriptum est : *Cum tradiderit regnum Deo et Patri sermonem unum : de Edificatione domus Dei a Salomone, expositionem pulcherrimam : de Continentia tractatum unum : de Baptismo tractatus tres : de Nativitate Domini et majestate unum : super Daniele in Pascha quos : super Psalmos xl, xli, cxxvi, cxxvii, cxxviii, cxxix, cxxx tractatus septem : de Livore et Invidia tractatum unum : de hoc verbo : *Attende tibi, ne forte fiat in te sermo absconsus in corde tuo iniquitas*, tractatum unum valde prolixum : de Jejunio quatuor temporum, super (2) Psalmo LXXX tractatum unum : de Avaro et divite unum : de Avaritia tres : de Circumcisione unum : super Genesim tractatus (3) novem : super Exodum novem : super Isaiam septem : super Daniele tres : super Job unum : de festo Paschæ octo : de Invitatione ad fontes tractatus quinque : de Somnio Jacob sermonem unum : de xii signis cœli ad Neophytos tractatum unum : item ad Neophytos duos : de Fide duos : super Jonam unum :*

nis tractatus legitur, et in hoc Indice Joannis Veronensis non recensetur.

(3) Pastrengus et Petrus de Natalibus in indice, quem e Joanne Veronensi similiter excripserunt, referunt *super Genesim tract.* viii, non vero ix, cum tamen in mss. non nisi sex hoc titulo prænotati inveniantur. Sed non omnino exactum tractatum indicem ab eodem Joanne ex mss. collectum palam fit ex eo, quod tractatus solum 87 admistis etiam suppositiis, recenseat, cum genuini ipsi plures sint ; ac inter cæteros omiserit tractatum *de Juda*, quem Ratherius quater allegavit. At cum ejusdem tituli tractatus hac illac in mss. dispersos colligere sibi sumpserit, labi in computando facile fuit ; et hac de causa sicuti quosdam ejusdem inscriptionis tractatus v. g. de Exodo, etc., pauciores notavit, quam in mss. sunt ; ita e contra illos de Genesi plures recensuit, quod forte bis vel ter eundem tractatum, codicis titulos excurrens, numeravit.

super Historiam Suzannæ tractatum brevem : de die Dominico tractatus duos : de Abraham duos : de Nativitate Domini tractatus duos : Epistolam de passione martyris Arcadii, qui eodem tempore passus est II Idus Januarii apud Mauritaniam... Hæc ipsius scripta et tractatus ipse legi et vidi.

*Petrus Calo ord. Prædicatorum in Miscellaneis mss. apud Henschenium, pag. 76, tom. II Aprilis.*

Scriptis autem S. Zeno tractatus octoginta super Psalmos, et prophetas, et de Nativitate Domini, et diversis aliis materiis, et epistolas, ac expositiones plures, ac vitam S. Arcadii martyris, qui eodem tempore passus est, quam posuit pridie Idus Januarii, quos tractatus, et epistolas, et expositiones [cc] patet et subtili stylo editos ego vidi in duobus voluminibus apud S. Zenonem de Verona.

*Guillelmus Pastrengus Judex Veronensis in libro de Viris illustribus, pag. 77.*

Zeno, Veronensis episcopus, Gallieni imperatoris tempore insignis habetur, et martyrium patitur. Scripsit autem hic Dei venerandus Antistes libros de Patientia, Pudicitia, Fide, Spe, Charitate tres, etc. *Exscribit enim laudatum Joannem Veronensem; deinde addit: Omnia hæc opuscula memorabilis vir Joannes, presbyter majoris Veronensis Ecclesiæ mansionarius, se vidisse et legisse testatur.*

*Petrus de Natalibus episcopus Equilinus in Catalogo Sanctorum lib. I, cap. 43.*

Zeno Veronensis episcopus et doctor claruit tempore Gallieni imperatoris... Scripsit autem hic venerandus Antistes libros de Patientia, et cætera totidem plane verbis ut apud Guillelmum Pastrengum.

*Jacobus Presbyter in carmine de Miraculis S. Zenonis apud Henschenium num. 4, pag. 76, tom. II Aprilis, de cujus scriptoris ætate vide admonitionem monumenti præmissam.*

Sed cum verba Dei tunc primo sancta dedisset  
Interpidus populo, dignus Patronus habetur  
Veronæ, fuerit licet ipse octavus in illa  
Antistes : sacras nam docuit pectora leges  
Nostra Pater, florebat enim sermone polite :  
Et patriis monitis instabat semper, ut ipsi  
Atque uni trinoque Deo conjungeret omnes.  
Innumeros Jesu vivo de fonte redemit  
Hic populos, et magna Dei sacravit honori  
Fana Pater.

*Et numero 17, pag. 77.*

O præclara nimis quot quantaque facta relucunt  
Pontificis, Verona, tui, cui plurima debes!  
Nam tibi quis fidei primus fundator habetur?  
Que tenebris lux prima tuis e cordibus arceat?  
In sermone pater quis ualis gratior illo?  
Cui decus eloqui magis et facundia luxit.

[cc] *Flavius Blondus Ital. Illustrata reg. 9, pag. 376, edit. Basileensis.*

Zeno, sicut religionem Christianam, et suam ipsius decet sanctitatem, primus erit, qui Veronæ præsul celebris sanctimonie multa scripsit exstantia, sacras utriusque Testamenti litteras declarantia, et Ambrosianam, quam imitatus est, eloquentiam redolentia.

A *Michael Fossatus Veronensis in Carmine de Laudibus Veronæ anno 1482, conscripto ac edito a Baptista Peretto in Schollis Latinis ad Vitam S. Zenonis pag. 60.*

Zeno sacer, patriæque Pater, tua musa tuorum  
Sermonum codex quanta docet fuerit.

*Onuphrius Panvinus Antiquitatum Veronensium lib. IV, cap. 6.*

Vir fuit et in rebus gerendis vehemens valde, et divinis Scripturis explicandis eloquens, quique quædam diu pontifex vixit, in eam assidua curam incubuit, ut civium animos ad amplectendam veram Christi pietatem, simulacrorum cultu rejecto, converteret inflammaretque..... Sermones edidit luculentos ac magna doctrina refertos.

B *Idem lib. VI, pag. 152.*

Hic cum pietate, fide, et religione clarissimus, tum multiplici doctrina illustrissimus habitus est. Multa enim scripsit Christiano antistite digna, quorum hæc ad nostram pervenere notitiam, de Patientia, Pudicitia, Fide, Spe, et Charitate libros III, et cætera, uti fere apud Joannem Veronensem, cujus Historia manuscripta usus est.

*Isaacus Casaubonus in Spartianum pag. 31.*

Zeno Veronensis Patrum Latinorum, meo judicio, elegantissimus.

*Idem Exercitat. 16, num. 43.*

Zeno Veronensis scriptor vetustissimus et elegantissimus.

C *Gaspar Barthius Adversariorum lib. XLII, cap. 15.*

Zeno eruditione et pietate admirandus Scriptor.

*Idem lib. XLIII, cap. 10.*

Cum Zenonis Veronensem quondam antistitis sermones lego, Christianum quemdam Appuletum legere mihi videor : adeo eruditus est et densus in significandis per pauca multis is nobilissimus scriptor.

*Doctissimus Præsul dicitur ab eodem Barthio lib. XLII, cap. 5; Antistes elegantissimus lib. XLII, cap. 18; Scriptor doctissimus lib. XLII, cap. 15; et lib. XLVI, cap. 7; Acutissimus ad II Theb. Papinii ver. 231.*

D [ccII] *Augustus Buchnerus dissertatione cccclxxxix, pag. 528.*

Est quidem Zenonis dictio erudita, florida, elegans; nam et præstantissimorum auctorum lectionem redolet, ac Virgilii cum primis, et non sine cura coloribus variis picta et interstincta, præterea propriis et valde significantibus vocabulis constat, pluraque ingeniose, atque acute dicta habet sic, ut nihil capitalius dici posse videatur. *Et pag. 529: Nemo operam luserit, qui ejus sermones eruditissimos pariter ac sanctissimos legere animum inducat. Præterquam enim quod passim præclaris ac præstantissimis sententiis et ad religionem instruunt animos, et ad veram pietatem invitent ac ducant; plura certe idi*

elegantissime et venustissime dicta observare licet, A quæ mirum in modum augere et cumulare eloquentiæ possunt opes.

*Claudius Salmasius in Lampridium pag. 193.*

Elegans ac pius auctor Zeno Veronensis.

*Emmanuel Schelstræmus de Disciplina ecclesiæ, cap. 4, art. iii., § 5.*

Auctor antiquissimus ac doctissimus Zeno Veronensis episcopus.

*Marchio Scipio Maffei lib. II de Scriptoribus Veronensibus.*

Parte II Veronæ Illustratæ.

### SANTO ZENONE.

Di questo nostro Vescovo molti Sermoni abbiamo, B per li quali tra i Santi Padri meritamente tien luogo. Citano, ed approvano questi Sermoni non pochi dotti stranieri; Paolo Vescovo di Fossombrone, Bulengero, Salmasio, Valesio, Buenero, Daumio, Barzìo, cui pareva il nostro Autore un Apulejo Cristiano, il gran Casaubono, che lo giudicò tra i Latini elegantissimo sopra tutti, e molt' altri. Il P. Bollandò adduce il suo Sermone sopra Sant' Arcadio, come autentica vita di quel Martire: così fa il P. Ruinart ne gli Atti scelti. Ma come di questo Santo il temo, il grado, le azioni, e fin l'essere va in controversia; così più di tutto ci vanno i Sermoni, che da lunga schiera di valenti Critici son rigettati aspramente. Sisto da Siena fu il primo, siccome quello che francamente scrisse, aver Guarino dati fuori come de C Zenone Sermoni presi la più parte da varj autori: alcuni esser di Sant' Ilario, e di S. Basilio, gli altri o sian Sermoni, o frammenti, per la diversità dello stile ben palesarsi d' autori diversi. Tutto questo fu puntualmente trascritto prima da Possevino, Bellarmino, Baronio, Molano, e Mireo; indi da Riveto, Coco, Vossio, Cave, Labbe, Oudino, Placcio, Dupino, che dubita se questo Zenone fosse al mondo mai, e da più altri; benchè d'ordinario come sentimenti lor proprj, e senza pur nominare Sisto Sanese. Ricalcasi da gli ultimi singolarmente il punto dell' essere stati messi insieme, e finti, e publicati dal nostro Guarino questi Sermoni, e il non essersene prima avuta mai notizia, o menzione [cóm] alcuna. La qual cosa con tutto il consenso di tanti, quanto sia erronea e falsa, con poche parole faremo conoscere.

Falso è prima, che dal Guarino venisse l'edizione di questi Sermoni, non daff in luce prima del 1508, che vuol dire intorno a cinquant'anni dopo la morte di lui. Bensì per publicargli si dicon trascritti da volume antichissimo trovato in Verona dal Guarino nella Biblioteca del Vescovado (pag. 1). Ma per vedere quanto sia lontano dal vero, che da niuno si mentovassero i Sermoni di Zenone avanti Guarino, basta legger l'operetta di Guglielmo Pastrengo contemporaneo del Petrarca; perch' egli non solamente l'annovera tra gli Scrittori, ma recita il catalogo de' suoi Sermoni, e cita di essi testimonio più vecchio

di lui, cioè Giovanni Prete Mansionario della Chiesa Cattedrale, il quale attestava (pag. 77) d'averli letti tutti. Coetaneo a questo fu Pier de' Natali, che parlando del nostro Zenone annoverò parlamente i Sermoni: ed alquanto anteriore fu Pietro Calo, che raccolse, e compendiò in due gran volumi le vite de' Santi. Dagli scritti di lui trassero i Padri Bollandisti una leggenda della traslazione e miracoli, a piè della quale così egli notò (XII Aprilis): *Scriptis autem S. Zeno tractatus ultra octoginta, etc.*; e di poi: *Quos tractatus et epistolas, ac expositiones pulchro et subtili stylo editas ego vidi in duobus voluminibus apud S. Zenonem de Verona.* Non dunque solo fu Guarino, e non primo, e non fu unico il codice trovato poi da lui nella libreria Capitolare, ma altro ve n'era in quella del Monasterio di S. Zenone. Anche Giacomo Prete, i versi del quale tratti da un ms. Zenoniano sono stati publicati da' Bollandisti, lodò in que' tempi il Santo singolarmente per l'eloquenza. Ora una sua vita abblam noi di nuovo data fuori a piè dell' Istoria de' Diplomi, l'autor della quale può congetturarsi vi-esse nel secolo del 1100, o in quel torno. In questa s'introduce il santo Vescovo parlante al popolo, e gli si fanno dire alcuni pezzi de gli stessi Sermoni suoi. Ma questo non basta. Fiorì nel secolo del 900 Raterio Vescovo nostro, e per gli scritti celebre, e per la vita. Questi in tre delle sue operette cita un passo dal Sermone sopra Giuda Patriarca, e nell' Epistola Sinodica lo cita con premetter queste parole: *Et cum specialis noster Doctor atque provisor, beatus utique Zeno dicat in Sermone, quem de Juda Alie Jacob, et Thamar natus ipsius elegantissime composuit, etc.* Ci è di meglio ancora. Hincmaro, creato Vescovo di Rems nel 845, fece dono alla libreria di S. Remigio d'un codice contenente questi Sermoni con titolo di *Trattati di S. Zenone Vescovo Veronese*; il qual prezioso codice conservarsi ancora oggi giorno, fanno fede i dotti Benedittini editori di S. Ilario, e altresì il P. Ruinart. Non solamente adunque fin nel secolo dell'ottocento i Sermoni di Zenone Veronese anche in lontani paesi eran noti, ma non è da credere si sopettassero punto apocrifi, quò e là rapiti, e falsamente denominati, poichè un Prelato di tante lettere, qual fu Hincmaro, gli stimò meritevoli d'esser da lui donati a un'insigne Biblioteca. D Ecco però quante testimonianze, e quanto anteriori a Guarino. Nè io dubito punto, ch' altra ancora non ne avessimo più antica, e più manifestata, se il libro trovato da lui nella biblioteca Capitolare non si fosse miseramente amarrito, poichè afferma il P. Castellani, priino editor de' Sermoni, com' era antichissimo; e fu d'una libreria, [cciv] nella quale quasi tutti i codici eran in carattere majuscolo, ed anche molti secoli fa riputati antichi.

Io credo però giustificata a bastanza l'autenticità in genere de' Sermoni del nostro Vescovo. Che tra essi ve n'abbia, che suoi non sono, è destino alle raccolte di Sermoni commune: che alcuni sien pezzi informi, e potè venire dalla confusione, ed arbitrio

de' copisti, e dall'esser talvolta raccolti dalla sua voce anche pochi periodi in qualche funzione profertiti. La diversità di stile, che si decanta, non si verifica generalmente, perchè in gran parte di questi monumenti l'istesso genio apparisce, e l'istesso modo. Le difficoltà sopra alcuni passi si risolvono con abbandonar l'errore di chi l'ha creduto del terzo secolo, e de' tempi di Gallieno, sopra di che veggasi l'Epistola da noi a' Vescovi Veronesi nella nuova edizion dell'Ughelli. Che vivesse verso la fine del quarto secolo, si rende patente a chi ben considera in primo luogo la condizione di que' tempi in quest parti, e l'uniformità de' fatti ne' paesi adjacenti. Si rende indubitato poi dall'esser Santo Zenone succeduto a Gricino, e questi a Lucillo, che nel 347 sottoscrisse al Concilio Sardicese. Niente men forte è l'argomento, che si trae dall'Epistola di Sant'Ambrogio al nostro Vescovo Siagrio, perchè lo riprende in essa di non aver avuto per innocente una sacra vergine assolta già, e santificata dalla benedizione di Zenone di santa memoria: con che si fa chiarissimo, che Zenone era stato suo antecessore. Ma che occorrono altre pruove, quando dice egli stesso nel Sermone della Continenza, come gl' insegnamenti Apostolici correano quasi già da quattrocent'anni? Così

leggono i Manoscritti, e così la prima sincera edizione. Nè bisogna però prender questo numero troppo a rigore, come lo prese il Vossio (*de Hist. Lat. lib. III, cap. 2*), ben sapendosi l'uso de numeri rotondi, di che esempj si hanno infiniti. *Post quingentos annos* disse assolutamente Felice III, in Epistola da noi ora di nuovo pubblicata, e inserita nel tomo quinto de' Concilj, benchè scritta come abbiam quivi dimostrato avanti l'anno 489. Nè S. Zenone prende quivi il tempo dell'Epistola a Corinti, di cui fa menzione, ma de' tempi Cristiani generalmente, e dalla nascita di Cristo. Il ribatter l'objezione del silenzio degli Antichi, e l'entrare nel particolar esame di ciascun Sermone, e nella quistione se fosse Martire o no, ed in altre tali, non è del presente istituto, e sarà peso di chi finalmente è per intraprendere una sana edizione di questo Padre. Nian' altro n'ha maggior bisogno, e per riunire, e per distinguere, e per indicare i fonti, e per dichiarare, e per emendare ancora. Se questo Santo fosse nativo del nostro paese o no, nè si potrebbe asserir, nè impugnar: il nome veramente l'indica più tosto Greco, e l'Anonimo, di cui parleremo fra poco, sembra accennare, che quà venisse dalle parti di Siria.

## INDICES

### OPERIBUS SANCTI ZENONIS FACEM PRÆFERENTES.

#### INDEX I,

TRACTATUUM SANCTI ZENONIS SECUNDUM ORDINEM PRÆSENTIS EDITIONIS.

#### LIBER PRIMUS.

Tractatus primus de Fide.	Pag. 1
II. De Spe, Fide, et Charitate.	19
III. De Justitia.	30
IV. De Pudicitia.	39
V. De Continentia.	52
VI. De Patientia.	63
VII. De Humilitate.	70
VIII. De Timore.	74
IX. De Avaritia I.	78
X. De Avaritia II.	85
XI. De Avaritia III.	90
XII. De Spiritu et corpore.	91
XIII. De Circumcisione.	99
XIV. De Spirituali ædificatione domus Dei.	109
XV. De Triplici genere sacrificiorum.	117
XVI. De Resurrectione.	125

#### LIBER II.

Tractatus primus de Genesi contra Arianos.	141
II. De Genesi.	144
III. De Genesi, seu de æterna Filii Dei generatione.	147
IV. De Genesi, seu de æterna Filii Dei generatione.	150
V. De Fide, seu de æterna Filii Dei generatione.	154
VI. De eo quod scriptum est: <i>Cum tradiderit regnum Deo et Patri.</i>	158
VII. De Nativitate Domini I.	163
VIII. De Nativitate Domini II.	168
IX. De Nativitate Domini et majestate.	172
X. De Abraham I.	174
XI. De Abraham II.	178
XII. De Abraham III.	183
XIII. De somnio Jacob.	186

C XIV. De Juda.	192
XV. De Job.	199
XVI. De Susanna.	203
XVII. De Jona propheta.	205
XVIII. De Natali S. Arcadii.	211
XIX. In illud Genesios: <i>Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram.</i>	217
XX. In eundem locum Genesios.	219
XXI. De Psalmo centesimo.	220
XXII. In Isaiam I.	224
XXIII. In Isaiam II.	228
XXIV. In Isaiam III.	229
XXV. In Isaiam IV.	230
XXVI. In Isaiam V.	<i>Ibid.</i>
XXVII. In Isaiam VI.	231
XXVIII. In Isaiam VII.	236
XXIX. In Isaiam VIII, seu de adventu Christi in mundum.	237
<i>Admonitio in Tractatus sequentes.</i>	258
XXX. Invitatio ad fontem I.	240
XXXI. Invitatio ad fontem II.	241
XXXII. Invitatio ad fontem III.	243
XXXIII. Invitatio ad fontem IV.	244
XXXIV. Invitatio ad fontem V.	245
XXXV. Invitatio ad fontem VI.	246
XXXVI. Invitatio ad fontem VII.	248
XXXVII. Invitatio ad fontem VIII.	249
XXXVIII. Ad neophytos post baptisma I.	250
XXXIX. Ad neophytos post baptisma II.	253
XL. Ad neophytos post baptisma III.	255
XLI. Ad neophytos post baptisma IV.	257
XLII. Ad neophytos post baptisma V.	259
XLIII. Ad neophytos post baptisma VI, de duodecim signis.	261
XLIV. Ad neophytos post baptisma VII, die Dominico, de Comparatione tritici.	264
XLV. De die Dominico Paschatis I.	269
XLVI. De Pascha II.	273
XLVII. De Pascha III.	275
XLVIII. De Pascha IV.	274